421

S. P. D.

Cessarunt quidem nostræ aliquandiu, Vir Nobil.mi et Consultiss.me Dn.e fautor & amice plurimum honorande: non tamen cessavit affectus meus, quo V.ram T.am bono publico cumprimis natam L. ME in hodiernum usq diem prosequor, adeoq opto, creberrimis meis eand. me sæpius invisere posse. Quod tamen quo minus sc̃o tempore factum, utriusq occupationes, et incidentes etiam legationes causa fuerunt, et ex parte adhuc quoq impediunt. Ne tamen oblatam hanc scribendi occasionem sponte neglexisse videar, V.i T.a hac vice de gloriosâ et fructuosâ suâ legatione Francofurtensi nuperâ, & insigni ejusdem effectu, ex animo gratulor; et consimiles optatos effectus et eventus plurimos in Spartâ & aliàs quoq per totum vitæ curriculum eidem ἐκ βαθέος θυμοῦ voveo. Rogatum et amicum Dn. Cos. ~~Herm.~~ Schraderi vehementer rogo, ut V.ra T.a causam ipsius contra Nobil.mos Dnn. à Münnich-hausen, in Dicasterio vestro institutam, ex justo, æquo & bono, ~~[illegible]~~ decisionem, et petitam immissionem promovere, et in hoc quoq laudabilem Justitiæ Sacerdotem se probare velit. Quod pluribus ro-

gare deſino, quia de X.^is T[…]
in hiſce & ſimilibus, ad offi[…]
cium & profeſſionem Theriſti[…]
pertinentibus, promtitudine n[…]
drenus dubito; cumq plura d[…]
jam prohibear, hiſce X. T[…]
voto valere, iterumq ſalvere […]
beo, et conſtanter me am[…]
peto:

Tui

X. T.^a

Colo & am[…]

Ταχυγράφως Brunſw.^a
21. Februar. A^o C. 1620.

Hamman O.

Nobil. et Consultiss.º Viro, Dn.º Melchio
ri Goldasto Haiminsfeldio, JCto, Consi.
liario Saxonico-Vinariensi, et Holsato-
Schaumburgico dignissº et celeberrimo,
Domino fautori et amico plurimum
honorando.